

Explica verba primae petitionis.<sup>i</sup>

Sanctificetur nomen tuum. „Nomen“ Dei significat noticiam et celebrationem Dei. „Sanctificare“ significat sacrosanctum habere, summa cum veneratione colere. 5  
 Includit [99:] autem respectum ad doctrinam seu verbum Dei, quod docet, quomodo et agnosci et coli Deus velit. In pronomine „tuum“ singularis emphasis est, quia monet nos de gloria Dei anteferenda non solum nostrae gloriae, sed omnibus etiam rebus humanis.

## Quae est sententia primae petitionis?

Petimus veram Dei agnitionem iuxta verbum, quod ipse nobis tradidit, iuxta 10  
 Christi dictum: „Sanctifica eos, Pater, in veritate. Sermo tuus est veritas.“<sup>184</sup> Deinde petimus tolli prophanationem nominis Dei, hoc est caliginem non agnoscentem Deum, contemptum Epicureum Dei, corruptelas doctrinae, errores, idolatriam, blasphemias, sectas, scandala.

Explica verba secundae petitionis.<sup>j</sup>

Adueniat regnum tuum. „Regnum“ Dei in hac vita est iustitia, pax et gaudi- 15  
 um in Spiritu sancto. Ro. 14.<sup>185</sup> „Advenire“ est per continu-[100:]os progressus augeri, donec tandem in altera vita integra fiat consummatio.

## Quae est sententia secundae petitionis?

Petimus effectum verbi Dei videlicet gubernationem et consolationem Spiritus sancti et destructionem regni<sup>k</sup> sathanae denique consummationem eccle- 20  
 siae in vniuersali resurrectione.

<sup>i</sup> Holzschnitt: Predigt am Feiertag, im Hintergrund Holzsammler (Num 15,32–36): B.

<sup>j</sup> Holzschnitt: Geistempfang Marias und der Apostel am Pfingsttag (Act 2,1–4): B.

<sup>k</sup> Nicht in G.

<sup>184</sup> Joh 17,17.

<sup>185</sup> Röm 14,17.